

multi et multi notabilissimi et nobiles uiri quibus non solum filia uestra set alia
 quelibet domina magni et notabilis gradus posset esse bene contenta. Et quia
 possibile est quod per aliquos uobis fuerit infestationes uel mine, ut condescen-
 datis ad talia denotamus uobis quod sicut uobis scripsimus alias, semper fuimus
 95 parati et sumus ad conseruandum honorem et statum nostrum et dare uobis
 omne auxilium et fauorem et sicut et quando opus fuerit exhibere. Super quibus
 intentionem et responsionem uestram uellitis nobis notam facere quam cicius
 esse potest.

Quod similiter scribatur matri domine, mutatis mutandis.

100 Capta. Quod domine seu filie duche Egeopelagi scribatur in hac forma:
 Nuper habuimus a personis fidedignis quod estis in tractatu matrimonij cum
 personis displicibilibus nobis et non acceptabilibus ullo modo, de quo multum
 miramur et turbamur quantum plus possumus et debemus, nec antea ullo modo
 credere poteramus quod uos que talia turbare et denegare debeatis pro conser-
 105 uatione et statu uestro et filij uestri possetis esse causa tanti mali. Et propterea
 licet credamus quod talibus uel similibus aures decetero non prebebitis, quia
 estis sapiens et cognoscitur statum uestrum, tamen ad cautelam tenore presentis
 uos hortamur et scribimus quantum possumus quod a talibus si quod principium
 habent desistatur nec audientiam prebeatis uel preberi faciatis sicut speramus
 110 uos facturam, alioquin damus uobis intelligi quod si sequeretur tale matrimo-
 nium uel simile esset importabile nobis et statui nostro et necessario cogeremur
 prouidere remedijs opportunis pro conseruatione nostri honoris et status, nec
 talia possemus ullatenus tollerare. Scimus enim et uos etiam scire debetis quod
 in Nigroponte in Creta, in Venecijs et alijs locis nobis acceptabilibus sunt multi
 115 et infiniti, notabilissimi et nobilissimi uiri, quibus quelibet magna et excellens
 domina et notabilissime gradus, posset multipliciter contentari, super quibus
 intentionem et responsionem uestram, nobis notam facere uellitis quam cicius
 118 esse potest.

5

Φ^ο 31¹⁰ Διατάσσεται ὁ καπετάνος Ἀδριατικῆς Βίκτωρ Πιζάνης νὰ ἀποστείλῃ ἅμα τῷ κατάπλῳ τοῦ κατέρχον
 Κουερίνα τὰ Κρητικὰ κάτεργα ἐὰν κρίνῃ ὅτι ταῦτα δὲν ἀναγκαιοῦσιν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν του. 1361,
 Ὀκτωβρίου 28.

6

Φ^ο 48^τ Ὁ κηρὸς καὶ τὸ Lumen (χρῶμα) ἐκ Κρήτης καὶ Εὐβοίας καὶ ἐκ τῶν μεταξὺ Κρήτης καὶ Εὐβοίας
 τόπων καθὼς καὶ ἐκ τῆς εἰσόδου τοῦ Ἑλλησπόντου (Buca Avidi) δύνανται νὰ μεταφερθῶσιν εἰς
 Βενετίαν διὰ τῶν παρωπλισμένων πλοίων ἀπὸ τῆς 1ης Μαρτίου μέχρι τέλους Ὀκτωβρίου. Ἐπι-